

procedit ignis, & fumus, & sulphur.

VERSIONES.

- Syrus. n. 16.* Et numerus militum equitatus duo myriades myriadum.
- Arias.* Et numerus exercituum equi, myriades myriadum.
- Primasus.* Et numerus militantium equitum illius octoginta millia.
- D. August.* Numerus equestris exercituum bestiae.
- Syrus. n. 17.* Et vidi equos, qui sedebant super eos, vidi quod essent lorica ignea, & hyacinthina.
- Arabicus.* Et hoc est, quod vidi in visione mea, circa equos; sessores eorum indui jam erant lorica ignis & sulphuris.
- Arias.* Habebant thoraces igneos.
- Primasus.* Habebant loricas igneas, & spineas, & hyacinthinas.
- S. Thomas.* Loricas fumidas.

EXPOSITIO VIII.

186. Ducenti miliones equi sum.



L numerus equestris exercitus, vices millies, dena millia solutis quatuor Angelis, seu archidæmonibus, ab eis constitur exercitus continens sub se ducentos milliones equitum, & nullus tam amplus numerus continetur in tota scriptura, ut dicam quaestione sequenti, proindeque ad hunc exercitum post Hæreticos pertinent omnes pessimi homines per diversa tempora à Mahomete, usque ad Antichristum de medio sublatum inclusivè, ac proinde in hoc exercitu veniunt cum suis sectatoribus, Antichristus, cum suis asseclis, quorum præcipui, ac primarii duces sunt dæmones, quibus omnibus optime quadrat allegoria monstrorum equorum.

187. *Et audiivi numerum eorum.* Ac si dicat, quamvis hæc multitudo sit tam ampla, tamen non est infinita, sed in certo numero determinata, qui numerus per vocem mihi indicatus est.

188. *Et ita vidi equos in visione.* Jam magis specialiter Noster Joannes explicat hunc exercitum equestrum, tam secundum equites, quam equos. *Vidi equos in visione.* Et primò noster Propheta ponit equos, quia ab eis dicitur exercitus equestris. *Et qui sedebant super eos.* Vertit Evangelista sermonem ad equites, qui sunt pessimi homines, tam sub Mahomete, quam sub Antichristo, ac sub quocumque alio tempore cum dæmonibus, tanquam primariis ducibus, & habebant loricas. Quibus maxime munitur

pectus, & impenetrabile redditur; sic sunt isti obdurati in sua malitia, ut sua corda à sagitta veritatis penetrari non sinant, igneas, id est lucentes, ac radiantibus, ac terribiles, & formidabiles instar ignis, hyacinthinas, id est caelestis & carulei coloris, tanquam dividerentur de caelo missi; vel per simulationem caelestis justitiæ, quam fingunt; Et sulphureas, id est rubeas instar sulphuris; per simulationem caelestis justitiæ, quam pariter fingunt. Indumenta, ac lorica horum equitum tales colores reddebant tum ornatus, tum etiam terroris causa.

Capita equorum tanquam capita leonum. Nunc jam de equis agit Propheta; & equi ob magnam ferociam, quam indicabant, dicuntur leones; sicut etiam hæc nostra ætate inter turmas militares sunt, quæ appellantur *dracones*, & ut Virgilius ait Virgil. 2. Georg. *Tauri spirantes naribus ignem.* Sic enim instar leonum fumendo metonymicè equos pro equitibus omnimodam orbis vastitatem denuntiabant, ut verbis, minis, & armis indicarent ignem, fumum, & sulphur; & etiam ut ait Lessius, alludit Evangelista ad nostros milites qui dum sclopos explodunt, ita ori admovent, ut videantur ex ore ignem, fumum sulphureum emittere.

QUÆSTIO XX.

Quare tam amplus exercitus continens ducentos milliones totus est equestris, & nulla ex parte pedestris, & sine ullo duce proponitur.

Alter sacer Text. & numerus equestris exercitus vices millies, dena millia, id est bis millies centena millia, sive ducenti milliones: nam myrias, ut decem millia, duo ergo myriades myriadum, sunt vices millies decem, millia, id est ducenties millena millia, sive ducenti milliones; & licet hic numerus sit finitus, tamen nullus tam magnus reperitur in sacra pagina; nam *decies millies, centena millia*, apud Danielelem 7. num. 10. consistunt omnino centies centena millia, sive decem milliones, ut hic notantur La Haye: & apud Daniel. Pento, Pereira & Cornelius, & alii.

Ex quo convincitur, quod iste numerus, non sit intelligendus de uno aliquo exercitu materiali, quæ potentia humana poterit tot equos ac milites congregare; nam Xerxes potentissimus Imperator, ad congregandum suum exercitum unius millionis, quinque consumpsit annos, cujus multitudinem ex alio loco contemplantus: flevit, ut testatur D. Hieronymus, eo quod intra spatium centum annorum, nullus ex iis superesset vivus. Deinde quæ terra poterit tot equos, ac milites sustinere, eisque alimenta providere; Allegoricè, ac ænigmaticè iste exercitus intelligendus, ac interpretandus est; ut jam dixi.

Primò, Aretas singulariter existimat hos equites esse bonos Angelos, & sic ait: *Mille millia, & decies millias, decem millia ministratum dicere licet apud Danielelem, nunc autem duplicatam in numerum myriadum narrat se esse multum.*

multitudinem quam exercitus duces sequebantur, eo quo libenter, & absque metu post Domini incarnationem, versantur homines cum Angelis.

Daniel. 7.

Post incarnationem vultu copiosè Angeli hominibus assunt.

193. Alcazar. Innumeris sunt affectus, ira, ac furoris.

194. Richard. Pannon. D. Bernard. D. Thom. Rupertus. Joachim.

195. Autoris sententia.

Magna multitudo Angelorum ostensa est Danieli num. 10. ita ut appareant decies centena millia & hic prodeunt in medium ducenti milliones, quomodo hic excrevit in tantum numerus super Danielis visionem, quia post Incarnatum Verbum longe liberius accopiosius versantur Angeli cum hominibus, quam antea. Hæc tamen licet moraliter fiat dicta, non tamen coherent cum littera, quia ab his equis, seu equitibus occisa est terra pars hominum, ac proinde isti equites non sunt Angeli boni.

Secundò Alcazar, qui interpretatur de furore Judæorum contra Christianos, ait quod iste amplus exercitus componatur ex variis, ac inordinatis animi affectionibus; quæ semper magis, ac magis exercere possunt; cui sententia favet Arias Montanus. *Equestris exercitus &c. appetitarum terrenarum multiplex numerus, variariumque genus, quæ tamen maxime pertinent ad mores, & non ad litteram.*

Tertò, Richard. Victorin. Pannon. D. Bernardin. intelligunt Hæreticos sed de his dictum est supremo vs. seu prima plaga sub typo locustarum, ut jam vidimus, & statim magis explicabo. Quatò S. Thomas, Rupertus, Joachimus, Ansbertus, interpretantur Dæmones, qui reuera sunt duces hujus exercitus, non tamen totus ipse exercitus.

Mea sententia est, quod in hoc exercitu militant omnes impij, ac nequissimi homines persecutores Ecclesiæ post Hæreticos, usque ad sublatam de medio Antichristum. Nam ut vidimus, Aquila magna, cap. 8. num. 13. clamavit tria vs. seu tres plagas flagras denuntiavit, sub primo vs. ac ænigmatè locustatum, denuntiavit hæretici; hoc primum vs. ut dicitur num. 12. *jam abii*, & est denuntiatum, ac explicatum, & ut ibi dicitur, *Ecce veniunt adhuc duo vs post hæc.* Secundum ergo hoc vs. seu plaga hæc in hoc exercitu equestris, proindeque sub illo militant Mahometus cum suis successoris, & Antichristus cum suis sectatoribus, ut patet ex cap. 11. & sic sunt aliqui iniqui per varia tempora, quorum duces, & Principes sunt dæmones. Tertium autem vs. ut patet ex c. 11. num. 14. procedit à mortuo Antichristo, usque ad diem judicii.

Cur ergo duces, ac Principes tantarum copiarum non exprimuntur in sacro text. cur non nominantur præcipuè cum dicamus hos duces esse dæmones. Exercitus movebat bellum contra pios & justos. Inde Principes, & duces non nominantur, quia cum bellum iniquè agitur, ut manifestum supponitur, quod Diabolus sit præcipuus Autor, & causa illius. Richard. *Diabolus est omnium malorum Princeps cuius milites sunt dæmones, equi autem militum prævi homines.* Deinde etiam merito Diabolus nomine ducis privatur, & eo non nobilitatur, quia ipse non est ad dirigendum, quod proprium est ducis, sed ad perdendum, Ansbertus; *Isti nempe impii maligni spiritus sessores habere merentur, non à quibus regantur, sed à quibus precipitentur.*

Quare hic tamen exercitus tam amplus totus est equestris, & nulla ex parte pedestris, quia multò facilius sit congregare copias pe-

destres, quam equestres ipso quo adverte, quod in equis denotatur animus superbus, & latus, & cum hujusmodi copia sint dæmonum, ac iniquorum hominum, inde tales copiae dicuntur equestres cum in eis maxime regnet superbia, quam omnia alia vitia concomitantur. Pannonius: *Non ab re numerus equestris exercitus ponitur, cum in equis, & in equitibus superbia malignantium designetur, insinuat sunt adversari pietatis, & Dei superbia prodigiosa velli qui non distunt adversari religioni.* Quia à superbia tenentur, omni nequitia replentur, & ut justitiæ, sanctitati, ac religioni advententur.

De iniquis ac impijs hominibus, ait Regius Vates loquens cum Deo. *Superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper.* Psalm. 73. num. 23. Quomodo superbia semper est in perpetuo motu, ut nunquam sistat, sed semper ascendat, non ster Incognitus, semper crescit, Rufinus multiplicans & extendens, ita ut nunquam in sua nequitia sistat, sed semper de uno ad illud progrediatur; & idem ait. *Malitia eorum qui te oderunt.* Quærent ibi interpretes, quomodo Deus, qui est summum bonum, potest odio haberi; Respondent communiter expoitores, Hugo Anguian. Lorin. quia Deus in se prout est summum bonum non potest odio haberi; enim Anguian. Lorin. tamen detestatur iniquus secundum suos effectus, ac mandata; quibus præcepit justitiam sectari; & fugere peccata, quibus superbus maxime repletur, & inde inter omnes iniquitates tale Dei odium peculiariter superbiæ adscribitur, cum in ipsa omnia alia vitia tanquam in compendio habeantur.

Dicebat Ezechiel. 16. num. 49. *Ecce hæc sunt iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, & saturitas panis, & abundantia, & otium.* In capite iniquitatum Sodomæ, ut omnium origo ponitur superbia, ab hac enim tanquam à radice pullulant, ac nascuntur cætera omnia vitia D. Isidor. *Superbia, ait, est origo omnium criminum, & ruina, cum clarum virtutum.*

Ait Regius Vates Psalm. 73. num. 5. *Posuerunt signa sua signa, & non cognoverunt.* Quænam signa ac vexilla ponunt impii, ac iniqui, ostentationes nempe, ac status superbiæ, quæ sunt propria signa diaboli, & quid tali superbiæ signo secutum est? *Non cognoverunt*, non cognoverunt viam veritatis ac justitiæ, ut per eam ambularent, & inde præcipites ruerent in omnem turpitudinem ac nequitiam. Cardin. Hugo. *Signa sua dicit, non Dei, sed dæmonum; signum enim Dei est humilitas; Luc. 2. n. 11. Hoc vobis signum, invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepulo. Signum diaboli est superbia. Levabit signum nationibus. Isai. 5. n. 26.*

QUÆSTIO XXI.

Quare hujus exercitus equites portant loricas igneas, Hyacinthinas, & sulphureas.

Duplex est armorum genus, quædam sunt offensiva, ut lancea, gladius; alia verò defensiva, ut lorica, scutum; cur ergo hujusmodi equites, non portant lanceas,

ceas, vel gladios; Respondetur quod huius exercitus Principes, ac duces, sunt demones, quia nemini valent nocere, nisi eis se submittat. Cardinalis Hugo. Diabolus, ait, vulnerare non potest hominem, nisi volentem. Vel portant loricas; in quibus poena demonum, ac impiorum denotatur; nam lorica comprimit, cruciat, ac gravat corpus, ac ea disrumpitur, Albertus Mag. Habebant loricas, id est poenas, & tormenta qua harnata & confirmata sunt: sic quod nulla prece possunt dissolvi in quo denotatur, quod poena eorum est indissolubilis.

Hugo.
Albertus.

101.
Iniqui uniuersum in malum.

D. Bernar.

101.
Demones invidia pleni, infamia facidi, fictione desipunt.

Richard.

104.
Albertus.
Iud. olim.
Glossa.

In vestibus habent descriptas poenas, quas ex vestibus sibi parauerunt.

105.
Rupertus.

comites habet sic ait Ezechiel. 19. num. 4. Haec sunt iniquitas Sodoma sororis superbia, Origenes. homil. 9 in Ezechielem. factantia gloria, Jodomicum erimen.

Ait Oreas 12. n. 1. Ephraim pascat ventum, & sequitur asium? Si rorifero vento ovis fructur, à calore æstus videtur immunis, quomodo ergo ait Propheta, quod Ephraim pascat, se comedens ventum, æstum patiarur, cum quis superbia vento repletur in corde. ac ventosa elatione movetur, inde conuulsi ut luxurie æstu inflammetur, ita luxuria superbia consequentia fit, ac veluti filia à superbia progenita. Rupertus ibidem. Ventum namque pascat est superbia s. iritu in flari, sequi vero asium, luxuria corrumpi; qua peccata vel vitia consequentia sunt, ita cum superbia spiritum exereat, carum quæque corrumpat spiritus fornicationis.

Ezech. 19. Origenes.
106.
Oreas 12.
A. sup. 114
nastitur luxuria.

Rupertus.

Ait Apostolus Rom. 1. num. 11. ac ipsismet Romanis. Evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes. Quid inde secutum est, ipsimet Apostolus explicat. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumeliis afficerent corpora sua. Ecce Romani ut Principes totius orbis inanes, & vacui facti sunt, Evanuerunt in suis cogitationibus, seu ut explicat D. August. D. Anselm. Superbia, seu ut explicat D. August. D. Anselm. Superbia, in cogitationibus suis; ut se maxime existimarent sapientes super omnes, & qualem fuit stipendium, ac merces tantæ superbia, immunditia, ac turpitudine luxurie, quia omni contumelia corpora sua affecerunt: Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, & immunditiam. Interior cordis superbia protumplit in externa flagitiosa inquinamenta, quod eleganter in uno Romano notavit. D. Theophil. Antioch. Theop. ad Aureol. sic notans. Regnavit Tarquinius, ait, cognomento superbus, is primus in exilium, quosdam Romanos relegavit, pueros corrupit; spadanes fecit quosdam soli incolat, virgines, quas vitia verat, locabat aliis; Quapropter merito vocatus est superbus. Multa fuerunt huius Regis facinora, & illa maxime expenduntur, quæ ad luxuriam pertinent; Ecce inuenies eum puerorum corruptorem, masculæ veneris mancipium, puellarum stupratorem, & inde vocatur à Sancto Patre non lascivus, sed superbus, ac si maxime principum latentis affectus superbiae in animo prodeat, & manifestetur in exundante luxuria.

107.
Rom. 1.
D. August.
D. Anselm.
Superbia cor-
dis protumplit
in imunditiam.

Theop.

QUESTIO XXII.

Quare in hoc exercitu equi tam monstruosi apparent cum capitibus leonum, & eromentes ex ore ignem, fumum & sulphur.

Ait Text. & capita equorum & ne capita leonum, & ex ore eorum procedit ignis, fumus, & sulphur. His secundum litteram describitur à Joanne exercitus multa crudelitate horribilis, ac terribilis, vario, ac extraordinario genere armorum instructus, & in vitam mortem, diraque tormenta omnibus minans, ut modo pugnant Barbari, Sarraceni,

108.
Mirum, &
extraordinarium
genus.

& in fine mundi pugnabunt sectatores Antichristi eam ipso contra Ecclesiam; Moralem sensum scutumur.

Quis unquam tam horribilia monstra corpus equi cum leonis capite, quis unquam ab equorum ore ignem manantem conspexit; quis equum sulphur evomentem, & fumum inspipientem intuitus est! cum ergo Joannes in hac enigmatica visione hæc afferat, se vidisse magna & alta nobis inuenit.

Per hujusmodi ergo equos falsos Prædicatores, Hæreticorumque magistros, ac Doctores interpretatur D. Bernard. Senensis: De ore istorum, ait, id est doctrina illorum pestifera procedit ignis invidia, fumus, superbia, sulphur luxuria, vel aliter procedit ignis invidia, fumus idolatria, sulphur blasphemia. D. Thomas similiter De ore eorum, id est Prædicatione equorum, scilicet Hæreticorum, qui portant demones ad homines decipiendo procedit, ignis doctrina eorum ostenditur esse inflammatoria, unde dicitur ignea, id est doctrina aros accendens, quia nova placebunt hominibus: unde accenduntur corda hominum: Item excacativa, & fumus, id est doctrina fumo-fu exaccans, Item infectiva, id est doctrina foetens, & per hoc multos inficiens.

209.
D. Bern.
Falsi Prædicatores, ac hæretici omne venenum evomunt.
D. Thom.

111.
Hæretici quod blanditii persuadere non possunt, crudelitate intentant.

D. Anselm.

111.
Ministri crudeliores Dominis suis.

Vel aliter, juxta D. Anselmum dicens, quod hujusmodi equi sunt hæretici quorum fessores sunt demones, sed quomodo hæc portant capita leonum; nam ut supra vidimus, vers. 7. per locustas denotantur hæretici, quæ ut ibi dicitur ostendunt facies hominum; & facies earum, tanquam facies hominum; Et non mirum, quia hæretici, & si aliquando blanditias ostendant, tamen multa tormentorum vi alios compellere nituntur in suam doctrinam. D. Anselm. Hic ait, bene ponit faciem leonis postquam dixit eos habere faciem hominis; quia hæretici aliquid humanitatis ostendunt, sed ministri Antichristi, quod docent, hoc etiam cogunt, quibuscumque tormentis consistunt.

Secundum hujusmodi equi habent capita leonum, & capita equorum, ut capita leonum. Valde notandum, quod equites si conferantur cum equis tanquam Dominis, præfules, ac rectores censendi sunt, nil leoninum in eis videtur, nec ex ore evomunt ignem & sulphur, quibus inefficiatur tertia pars hominum, ut de hujusmodi equis dicitur hoc versu, & sequenti; equites sunt tanquam rectores, ac præfules, qui equos regunt, & gubernant; Equi tanquam ministri, & servi qui dominis suis subduntur, inde major crudelitas ac severitas in eis declaratur, quia frequenter servi, ac ministri, qui Judicium sententias exequantur, ac dominorum suorum jussa adimplent, ipsimet Judicibus, ac Dominis in majores, ac crudeliores sunt, patrocinatur Joachim Abbas Li. et ergo, ait, fessores equorum satis esse terribiles demonstratur: longè tamen dissimulatur ab equis; qui quidem leonis desurpati capribus caudis quoque serpentibus monstruosi effecti; horribile spectaculum se cernentibus præbent. Quod confirmat, quia Praefes Pilatus conabatur eripere Crispanum, & miserabatur ei; At ministri non solum occiderunt eum; etiam ut se ostenderent crudeliores graviora illi tormenta, spuis, & colaphis inferrebant.

Aliter capita leonum. In his equis optimè representantur hypocritæ; nam hic apparent

corpora equorum, capita verò in eis sunt leonum; si considerantur corpora pallida tanquam equorum comedunt paleas, & fœna; At verò capita cum sint leonum, deglutunt ovem, agnum & arietem. Ecce verè hic effigiantur hypocritæ; nam ex una parte videntur macilentum, pallidi, jejunantes in pane, & aqua cum austera vita; ex alia verò considerati, inveniuntur lascivi, luxuriosi, & crudeles tanquam icones quidam.

Tertiò, de his equis dicitur. De ore eorum procedebat ignis, & fumus, & sulphur. Per tales equos, graves Auctores, commotiones, ac partialitates interpretantur. D. Bernard. tom. 1. feria 6. post dominicam in quadrag. cap. 3. de tallium partialitatum ore procedunt ignis, fumus sulphur; verba nempe ignita, ac scandalosa; diffamatoria cum superbia, ac factantia fumo, vert à que detrectoria, ac fœdita. Sic ait Sanctus Doctor. Egre duntur ignis, id est, comminationes igne, & iracunde, seu verba odiosa, & scandalosa ad dissensionem corda inflammantia, sicut enim parva scintilla magnus accenditur ignis; sic unius partialis ignita eloquia ad odium, & dissensionem accendant quandoque unam civitatem, & patriam. Secundò ex ore eorum proce lit fumus. Quid enim per fumum, nisi vana factantia verba fumo superbia plena. Tertiò de ore eorum procedit sulphur, hoc est fœdita, & abominabiles infamia, mendacia, susurrationses, & detrectationes.

114.
Hypocrita jejunus videtur, & cum fœna devertat.

114.
Partiales hæc sunt verba scandalosa.
D. Bern.

Deinde, de equibus ait noster Joannes in præfenti: Habebant loricas igneas hyacinthinæ, & sulphureas; Hoc est replebantur libidinoso igne luxurie cum ejus turpi fœtore, ac multa superbia quem hyacinthinæ color careuleus denotabat; nam per superbiàm usque ad celos se extollebant; sic & in equis notatur; De ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur. Pro hyacintho ponitur, qui & superbiàm significat; ut notat Rupertus in præfenti. Solummodo hyacinthinarum appositionem loricarum commutavit, pro illo colore superbiàm significante, ponens fumum, per quod etiam nihilominus superbia significatur: juxta illud Psalmi 36. Inimici vero Domini, mox ut honorificati fuerint, & exaltati, deficientes, quemadmodum fumus deficient. Ecce eadem vitia, quæ in equibus denotantur, ad equos etiam derivantur; & non mirum; nam equites denotant Prælatos, ac Rectores populorum, qui cum legibus tanquam habentibus subditos regunt; Equi verò subditos significant, quia suis equitibus diriguntur; non ergo mirum, quod eadem vitia in eis cernantur; majorum enim vitia, forma vivendi minorum; & ad Principum mores, vivendi modum, inferiores componunt. Sic ait citat. Rupertus. Igitur equitibus, de quibus dixerat habentes loricas igneas hyacinthinæ, & sulphureas, equis suppare fuisse restatur cum dicitur; de ore eorum procedit ignis, & sulphur. Semper enim inferiores majorum vestigia sequuntur. Unde sapienter ait D. Leo in 1. Epistol. decretali. Totius familia domus status, & ordo mutabit, si quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite.

115.
Rupertus.
Qualis dicit talis miles quibus præf. D. Leo.

Ut Propheta Isaac certum redderet Regem Ezechiam de promissa salute, decem lineis reddere fecit Solem ad Orientem Invoavit itaque Isaac Propheta Dominum, & reduxit nubram per lineas, quibus jam descenderat in horo

116.